Epistola 297. IOHANNI COCCEJO MARTINUS HUNDIUS.

Reverende clarissime Vir Affinis plurimum colende.

Exsolvimus tandem litteras, quas per D. Blaspeil accepi, quod qui sollicitus fuerim
frequentius ad te scribere, tam negligenter fecerim. Causa vero quod
ex eo tempore in scribendo tardior fuerim, haec est, quod diu aegrotis parentibus
meis inserviens adeoque a Musis meis abfuerim; ante autem vero te aliquandiu
in Zeelandia haesisti, neque de reditu tuo quicquam certi audire
potuerim, occupatus praeterea tot negotiis publicis ut per aliquot
septimanas de continuandis studiis priusquam cogitare licuerit; quod quam grave
tamen sit, experieris forte ipse me non omnino fefellisse: gratias tibi
ago maximas (alia enim quae reddam sunt ἀδιάφορα) pro tertia editione
Summae tuae; ni fallor eius postremae meis (quia in disputationibus publicis
coepi agere de imagine Dei) abs te petii, ut mihi illustrares verba Summae
tuae §. 22. quibus contendis animam hominis et Deum solo negativo con-
ceptu incorporeitatis convenire; cum vivere intelligere velle etc. licet tenuissima
adumbratione tamen revera, ut ipse judico, Deo et animae sint communia
et intelligere velle faciunt τὸ esse animae et sunt quid positivum.
Nihil prius video cogitari in anima posse quam ~~intelligere~~ intelligere, sicut in corpore
nihil prius extensione; et concessum ab omnibus spiritus esse actus
licet comparate ad Deum imperfectos, quia sunt admixta in potentia
ut loquuntur; actus autem ille quid est? Sine cogitatio? Velle
est certe inquit et addit tertia editio, sed numquid eo modo etiam
amare Deum (quod est velle) est certe et omnis actus sanctitatis
quibus tamen Deo reddimur simillimi. Non intendo tamen substantiam
animae facere partem imaginis Dei τοῦ ἀξίου praedictae, sed
non omnia hominis quae cum Deo positive conveniunt ad eam illius
pertinere volo, quod Summa tua non adversatur, quam hic
mihi illustrari tantum peto. Politici harum regionum potestatem
quam consistoria classes et synodi hactenus sibi tribuerunt et
exercuerunt, conantur in dubium et controversiam vocare.
Valde expectantes, quae ea de re scripsit in Anglia Ludovicus
Molinaeus (cuius si ipse tractatus indicare mihi), in rem suam quam in libertate omnium partes
convertentes, quae nuper Ultrajecti gesta sunt. Quidam
adversantur synodo; quidam expectant supremum aliquod consistorium
quod constet ex politicis et ecclesiasticis viris; quidam omnia
soli Electori tribuerent. Duces harum regionum etiam
cum Pontificii essent numquam subjecerunt Concilio

Tridentini quoad disciplinam, jus Episcopale sibi soli attribuerunt,
nullum superiorem ne quidem ipsum papam agnoscentes; hoc jus
mallent Electorem non tantum exercere in subditos cujuscunque in iis regionibus quibus nunc imperat, Mona-
chos, moniales, canonicos etc. sed etiam revocare in Ecclesiam
reformatam, quam jure authoritatem et potestatem Synodalem
vel Curatorium, in quo sedeant quoque Theologi. Eodem modo
jus vocandi quod paucos ante annos Ecclesiis concessum, nescio
quibus modis limitare volunt vel soli magistratui concedere
ita cultum de novo agitare et movere cogitant, adeoque quae-
dam de regimine et disciplina Ecclesiastica cap. 14. sed ego
optassem plura; scilicet quia ego avarus sum et semper ego
et semper aveo multa ex te audire et discere; tu mihi semper
videris avarus et nimis parcus et tenax in erogando.
Videbo tamen an in iis reperire possim, quae satisfaciant
politicis. Si per [?] vestram liceret, optaremus videre
et legere judicium a te et R. D. Heydano datum super
consilio Electoris nostri de Curatorio et supremo consistorio
in his ducatibus erigendo. opportune valde accessit quoque
in secunda tua §. 939. libri de Theologo. Nam mihi ista placuerunt
et eximent multis multos scrupulos. duos hos studiosos
Johannem Antonium Stockium et Christophorum Henrici, qui
has tibi afferent, tanquam genuinos meos discipulos
scriptorumque tuorum diligentissimos lectores, tibi diligentissime
commendo; diligo eos multum, quia diligunt deum ejusque
verbum, quod ut intelligere accuratius discant, a te
tendunt; quem sibi persuadent unice suo discendi desiderio
satisfacere posse. Vide igitur ne ipsis difficilis sis et per te
spes ipsorum eludatur. Ego ipsis promisi liberrimum ad
te accessum, imo familiarem tecum conversationem, quam
te si excessi modum, imputabis partim amori, quo eos complector
quos novi pios, modestos et diligentes, partim illi
stultitiae forte, qua mihi persuadeo vota et intercessiones
meas apud te, nonnihil valere. Quod judex tempus
volunt adscribendum contra se vel potius pro salute sua bonum
omen videtur. Deus, qui ramos [illegible] et per incredulitatem
defractos rursus oleae inserere potest, per misericordiam suam

velim ut effundi omnes tollat et cordae omnes commovit ut nosque videre faciat, ut populus qui Deo et superis salutis fuit, cum eo in carne miseretur expendiavit et pro scelerato habuit, parte et alios ad aemulationem provocatus, informunc adsumptio et plenitudo in Ecclesiam intrans [supra: scilicet aliquo quo quem transfixerunt] progrediat nobis vitam illam ex mortuis. Post totus Israel servetur. Si quid Reformio debeam scribe. Habeo totum Jesaiam in pluribus capitibus valde breves cum seqq. praedicatio, forte ibi descripsit notatas hic commentationes. Reformius placet quod describat priore ad Corinthios. Dissertatio mea de justificatione, quam gaudeo tibi placuisse, a multis bene excepta est, accedenti quantum potes, editionem tertiam condendam, ista liberabunt a multis, quibus nunc gravatur calumniis suspicionibus etc. et concordabunt fratres et reddent omnes commentationes et libros fuos, qui nunc dedignantur legere tua, eos tuos augemur ad lationem. Burmannum provocabo nunc; et vir doctor et pius D. Clauborgii nostri familiaris notissimus. Laborant nonnulli [illegible] viri ut vocetur Noviomagum sed nocebit illi forte cartesianum rem [illegible] commendari, Stockios provocare placuit. Si possis primo ex illis, bene si juvent sumptus ferre, habebit discipulos aliquos, quos instituat [illegible] eos auditores per plures annos forte. alter non ita eget subsidio. Uxor mea et D. [illegible] cum sua vir salutant. Vale Praeceptor amande et amare perge

Salutabit eo uxori quo officiosissime tota familia tua.

Duisburgi pridie Calend. Septemb. 1680

Rev. Tuus obsequentissimus discipulus

Huendium.

Scripsi ad R. D. Anslarium generosum [illegible] tertium habitationis [illegible] non potuit, [illegible]

[margin: vide de Cartesio]

Quum in illa ad R. D. Anslarium epistola doctissimus (quamvis Scholastica Theologia innutritus) D. Huendius luculenter profiteatur quod in fit Schripturaria Theologia Scholastica, non ingratum erit Lectori ~~cum~~ etiam illam hic exhiberi. Ecce igitur hanc

[illegible] eris

le, me

dudum

le integra.

ReVerendo Clarissimoq́ Viro Dn̄o
Johanni Coccejo S. Theol. Doctori
et in Academia Batavorum, quæ
est Lugduni, professori celeberri-
mo, Affini et Præceptori
suo plurimum observando

Leiden